

Spānus 25-26 v. X Boenajans.
Kadwoōzags adur vō Pur Purcām

46 Lentulo Gaetulico C. Calvisio consulibus de- Cor. Taciti
creta triumphi insignia Poppeo Sabino contra Ab excessu
sis Thracum gentibus, qui montium editis sine Augusti. IV
cultu atque eo ferocius agitabant. causa mo-
tus super hominum ingenium, quod pacis dilectus
et validissimum quæque militiæ nostræ dare
aspernabantur, ne regibus quidem parere nisi ex
libidine soliti, aut si mitterent auxilia suas ducto-
res præficere nec nisi adversum acies belligeræ.
ac tum rumor incesserat fore ut disiecti atisque na-
tionibus permixti diversas in terras traherentur sed
antequam arma inciperent, misere legatos amicitiam
obsequiumque memoraturas, et mansura hæc,
si nullo novo onere temptarentur: sin uti victis servi-
tium indiceretur, esse sibi ferrum et juventutem et
promptum libertati aut ad mortem animum. simul
castellæ rupibus indita contactos que illuc parentes
et conjuges extentabant bellumque impeditum ar-
duum cruentum minitabantur.

47. At Sabinus donec exercitus in unum conduceret,
datis mitibus responsis, postquam Pomponius Laetus
et Moesia cum legione, rex Boemetarum cum auxili-
is popularium qui fidem non mutaverant, venire,

addita praesenti copia ad hostem pergit, compo-
 tum jam per angustias saltuum. quidam audentius
 apertis in collibus visibantur, quas dux Romanus ac-
 cie suggestus haud aeque pepulit, sanguine barba-
 rum medio ob propinqua suffugia. mox castris
 in loco communiti valida manu montem occupat,
 angustum et aequali dorso continuum usque ad pro-
 ximum castellum, quod magna vis armata aut in-
 codita tuebatur. simul in ferocissimas, qui ante vallum
 more gentis cum carminibus et tripudiis persulta-
 bant, mittit delectos sagittariorum. ii dum eminus gra-
 sabantur, crocha et inulta verbera fecere: propius in-
 cedentes eruptione subite turbati sunt receptique
 subsidio Segambrae cohortis, quam Romanus pro-
 piam ad pericula nec minus cantuum et armorum
 tumultu truncam haud proci instruxerat.

48. Translata dehinc castra hostem propter, reli-
 ctis apud priore munimenta Thraecibus, quos no-
 bis adfuisse memoravi. illis permissum vastare, u-
 rare, trahere praedae, dum populatio lucem intra
 sistoretur, noctemque in castris tutam et vigilem ca-
 pesserent. id primo servatum: mox versi in luxum et
 raptis opukendi omittere stationes, lascivia epularum aut
 somno et vino procumbere. igitur hostes incuria eorum

conferta duo agmina parant, quorum altero popu-
 latores invaderentur, alii castra Romana adpugnarent,
 non spe capiendi, sed ut clamore, telis suo quisque pe-
 riculo intentus sonorem alterius procelli non acciperet.
 Tenebrae insuper delectae augendam ad fermidinem.
 sed qui vallum legionum temptabant, facile pelluntur;
 Thraecum auxilia repente inersu terrota, cum pars
 munitionibus adiacerens, plures extra praerentur, tanto
 infensus caesi, quanto praefugae et proditores ferre ar-
 ma ad suum patriaeque servitium inculabantur."

